

BERTHOLDVS PRAESVL HILDESHEIMENSIS.



Bertholdus insigni eruditioe & pietate fuit præditus. itaq; Hildesheimensis Ecclesiæ præpositus factus fuit. Postea uero cū eius loci antistes esset mortuus, omnium consensu uicesimus Episcopus electus est. In eo officio orando & legendo semper se se exercuit, & in usum posteritatis plurimos libros conscripsit, atq; religionem Christianam uera doctrina & pio exemplo egregie auxit. Cum autem moniales eo tempore uagarentur, atq; passim male audire inciperent, ipse in sua ditione eorum monasteria clausit, atq; exitu ipsis interdixit, ne ulla ipsis occasio ad libidinem dari possit. Id quod etiam reliqui Episcopi postea secuti sunt. Cum hoc modo circa annum Domini millesimum centesimum tricesimum pie uiueret, tandem uitam cum officio reliquit, & in sua Ecclesia sepultus quietus, Anon. Crantz.